

SLONKOWIC

SYNOPSIS






XII. b. 102.

1893. X. 15.

(Liber rarissimus, nam tota ejus editio, anno 1658 incendio ex caelo exorto in mansione Prof. Martini Słonkowicz, qui et ipse fumo suffocatus est, periit.)

Vide: Index lectionum in Universit. Jagellonica A. 1840/1.

SYNOPSIS GRAMMATICÆ HEBRAICÆ,

In gratiam eorum, quibus cordi est Linguæ Sanctæ notitia, ex præceptis generalioribus,

ORTHOGRAPHIÆ, ETYMOLOGIÆ, SYNTAXEOS, & PROSODIÆ

Deducta

PER


M. MARTINVM SLONKOWIC
in Alma Acad. Crac. Regium & Linguæ Hebraicæ Professorem.

CRACOVIÆ,
Apud LVCAM KVPISZ S.R.M. Typographum, Anno Domini 1651.

ישמע חכם



Sceptra tenet Sapiens, Sapientia cuncta gubernat,
Quàm pulchro gaudent hæc duo coniugio!
Discere qui cessat, tantamq́; inquirere Sponsam,
Vappæ est, & lippi, non Sapientis opus.



Perilluſtri, Adm. Rñdo. ac Magnifico Domino,

D. IACOBO GORSKI
I. V. Doct. ac Profeſſori, Protonotario Apoſt.
Eccleſiæ Cath. Crac. CANONICO, & Collegiatæ SS. Omnium CVSTODI, &c.

Almæ Vniuerſitatis Cracouień.

RECTORI VIGILANTISSIMO.




Eſciunt iuſtum geminâ lance ſuſpendere illi, M. D. RECTOR, qui Matrem linguarum, linguam Hebraicam, quaſi vetuſtate obſoletam, & minùs vtilem, cenſent negligendam. Quid enim iniquius eſt, quàm eam linguam tenebris ignorantiæ obſcurari, quæ vitam noſtram, myſterijs ſalutis, vſque ad conſummationem ſæculi duraturis, illuſtrauit? quid indignius, quàm eam linguam, humano vſu indignam æſtimare, quâ Deus ipſe vti, cum Adamo, Patriarchis, ac Prophetis, non eſt dedignatus? Quod verò hæc lingua ſit, quæ cum primo edita homine, ſola & vnica, ante Gigantum confuſam ſuperbiam extitit, pro comperto eſt, & explorato. Illi enim linguæ, quæ à principio, omnibus erat communis, poſtquam gentes, diuerſitate linguarum ſunt diuiſæ, nomen eſt ab eo inditum, in

cuius familia, eadem communis lingua remanserat, videlicet ab Hebero, abnepote Sem filij Noë, vt ad differentiam aliarum linguarum Hebræa diceretur. Nec illud est minus indicium, quod ex hac lingua, voces plurimæ, in alijs linguis, quasi fragmenta quædam relicta conspiciantur. Vnde enim Latinis, nomen Iouis venit, nisi à nomine יהוה sanctissimo? Vnde Græcis Ζεὺς siue Ζὴν, nisi ab Hebræo זיו id est, arborum splendore? immò (vt infinita alia prætermittam) literarum ipsarum, quæ apud Hebræos, vel ordinem, vel sonum, vel aliquam rem certam significant, & eiusdem rei figuram referunt, in alijs linguis, nulla alia ratio potest reddi, nisi quòd Hebræorum literas imitentur. *Aleph* enim Hebraicum notat principem, quòd in ordine Alphabeti primum locum teneat: *Olaph* autem Syrorum: *Eliph* Arabum: *Alpha* Chaldæorum vel Græcorum: *A* Latinorum, &c. ideò tantùm sic dicuntur, quòd ab *Aleph* Hebraico ducant originem. At verò vtilitatem, vel potiùs summam necessitatem linguæ Hebraicæ, quis non videt? Quantum enim commodi, ex labore Sanctorum hominum, qui Sacram Scripturam, in Græcam & Latinam linguam transtulerunt, profluxit in Ecclesiam Dei, tantum proflueret incommodi, nisi sint semper, & vbique, eiusmodi viri, qui fontem ipsum Sacræ Scripturæ intelligentes, vulgatam editionem possint defendere. Cur tamen exiguus sit eorum numerus, qui se studio huius linguæ deuoueant? non immeritò quispiam percontaretur. Et esset fortè, qui huius rei assignaret causam, quòd plurimi non nisi eas sequantur disciplinas, ex quibus se plus emolumenti sperant percepturos: aliusque aliter responderet. Mihi verò singulari modo, hæc arridet responsio, quòd plerique in ipso aditu, dum sine vlla præparatione, & ordine, ad hoc studium, volunt

lunt

ſunt accedere, difficultate deterriti, facilè reſiliant. Vt enim Lampis ille nauicularius, apud Plutarchum, fatebatur, ſe magnas opes facillimè, exiguas verò tardè, & cum ſumma difficultate comparaſſe: ita in lingua Hebraica, & qualibet diſciplina, longè difficilius eſt pauca illa, quæ ſibi primum vendicant locum cognoſcere, quàm in vlteriori ſtudio progreſſum poſſe facere ampliorem. Quapropter ego huic incommodo pro virili occurrere conſtitui, dum hanc Synopſim, continentem generalia quædam documenta, quibus quiſque ad diſcendam feliciter linguam Hebraicam præparetur, ex ſcriptis virorum doctiſſimorum concinnaui. Quod meum inſtitutum, vt optatum ſortiatur finem, non alijs præſidijs, quàm patrocinio Tuo, M. D. RECTOR, munitum eſſe volui. Cùm enim Tu, indefeſſis tuis laboribus, ad perfectionem eorum perueneris, qui nihil ex his, quæ ſciri poſſunt, ignorare volunt, quicquid Tibi probabitur, id quin omnibus alijs probari poſſit non ambigo. Suſcipies igitur M. D. RECTOR, hanc opellam meam, tanquam iudex omnium laborum noſtrorum æquiſſimus: atque ei non alium apud Te concedes locum, quàm hunc, quem concedere ſemper profectui Iuuentutis ſtudioſæ conſueuiſti.



Commune præceptum Rabbinorum.


לְעוֹלָם יְלַמֵּד אָדָם לְתַלְמִידָיו
בְּדֶרֶךְ קְצָרָה

Hoc est

Perpetuò doceat homo diſcipu-
los ſuos viâ breui.

Hinc Horatius

Quidquid præcipies, eſto breuis, vt citò dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.





ORTHOGRAPHIA
Continens
Literas, Puncta, & Syllabas.

DE LITERIS.

Literæ Hebraicæ, quæ appellãtur אותיות (Othioth) *id est signa, sunt viginti duæ: pingunturq́; quoad figuram, vel Maiores siue Quadratæ, quibus Sacra Biblia exarata sunt; vel Minores siue Rotundæ, quibus communiter Rabbini vtuntur. Ab his currentes literæ Iudæis in nostris partibus vsitatæ nonnihil sunt diuersæ.*

Literæ Maiores.

Iod	Teth	Cheth	Zain	Vau	He	Daleth	Gimel	Beth	Aleph
י	ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
Resch	**Coph**	**Tsade**	**Pe**	**Ain**	**Samech**	**Nun**	**Mem**	**Lamed**	**Caph**
ר	ק	צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ
		ץ	ף			ן	ם		ך
								Tau	**Schin**
								ת	ש

Orthographia.

Literæ Minores.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת
ך ם ן ף ץ

Literæ currentes Iudæorum noſtratium.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת
ך ם ן ף ץ

Literæ additæ, id eſt ם *clauſum, & 4. extenſæ.*

ך ן ף ץ

Vocantur finales, quia ſemper in fine ſcribũtur: ſemel tantum ם *clauſum reperitur in medio* Ieſa *9.v.7.* לְםַרְבֵּה *&* מ *apertũ in fine* הֵם Nechem *2. v. 13.*

Similiter נ *breue ſiue incuruum in fine reperitur* מִנ *Iob. 38. & 40.*

Diuiduntur *literæ vel ſecundum organa quibus proferuntur, vel ſecundum finem ad quem ſunt inſtituta.*

Secun-

Secundum organa, sunt

Quatuor gutturales	Ahecha	אהחע
Quatuor palatinæ	Gichak	גיכק
Quinque linguales	Datlenath	דטלנת
Quinque dentales	Zastserasch	זסצרש
Quatuor labiales	Bumaph	בומף

Huius diuisionis notitia est necessaria. Nam sæpè vna litera, pro altera, eiusdem organi ponitur. Deinde gutturales, cum litera ר *ex dentalibus, hoc habent peculiare, quod* Daghesch *semper* (*&* Scheua *simplex vt plurimum*) *respuant. Quia gutturales sunt literæ aspiratæ, id est, spirantes è gutture, reliquarum omnium duplex potest esse pronuntiatio,* lenis, *&* lenior leni.

Secundum finem, sunt

- *Vndecim Radicales, quæ primitiuã quamq; dictionem constituunt, in lexicis quærendam.*
- *Vndecim Seruiles, quæ, variè primitiuã dictionẽ immutant, licet quandoq; ad radicẽ pertineant.*

Radicales his dictionibus continentur.

Tſedek	Geza	Sepher	Chat
צֶדֶק	גֵּזַע	סֵפֶר	חַט

Seruiles his Magnorum Virorum nominibus notantur.

Vechaleu	Ethan	Moſche
וְכָלֵב	אֵיתָן	מֹשֶׁה

Seruiles literæ ſubdiuiduntur.

Nã vel formãt Nomina, vt hæ ſex הֵאֶמַנְתִּי (Heemanti) *quæ dicuntur Heemanticæ.*

Vel tantum apponuntur ſolius euphoniæ gratiâ, vt hæ quinque אֶהֱוִין (Eheuin) *quæ dicuntur Paragogicæ.*

Ex quibus quatuor אהוי (Eheui) *ſiue* יהוא (Iehu) *(quas nonnulli ante inuentionem punctorum vim vocalium habuiſſe aſſerunt) dicuntur quieſcentes, quia quieſcunt, id eſt, nullum ſonum auri-*

auribus exhibent : quod intelligi debet, si punctis careant ; nam si habeant propria puncta, mouētur. Vau *tamē &* Iod *specialiter sine proprijs punctis, non quiescunt in fine, post certa puncta, sed in vnam diphtongum cum eiusmodi punctis coalescunt, videlicet* Vau *post* Kamets, Patach, Tsere, *&* Chirek ; Iod *post* Kamets, Patach, Cholem, *&* Schurek.

Vel literæ seruiles formant tempora, & personas, vt hæ אֵיתָן Ethan

Vel formant Gerundia, vt hæ בכלם Bachlam

Vel loco particulæ indeclinabilis vsurpantur.

Vel denique Casus, Numeros, & his similia indicant.

Possunt *& sic subdiuidi seruiles literæ, quòd aliæ sint, quæ seruiunt in principio; in medio autem & fine, ad radicem semper spectant,* vt אֶלְבַּשׁ Elbasch *aliæ quæ in principio & fine serui-*

seruiunt, in medio semper sunt radicales, vt Hechman הֶכְמָן *aliæ quæ & in principio, & in fine, & in medio seruire possunt, vt* Tiu. תִּיו

Præter *dictum finem habent alium literæ Hebraicæ. Adhibentur enim ad numerandum: notantq́ primo sui ordine numeros monadicos, secundo denarios, tertio centenarios, quarto millenarios: sic*

9	8	7	6	5	4	3	2	1
ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
90	80	70	60	50	40	30	20	10
צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
900	800	700	600	500	400	300	200	100
ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק
9000	8000	7000	6000	5000	4000	3000	2000	1000
ט׳א	ח׳א	ז׳א	ו׳א	ה׳א	ד׳א	ג׳א	ב׳א	א׳

Finales literæ continuant tertium ordinem, sed possunt illi numeri exprimi aliter, videlicet

900

900 800 700 600 500

תק תר תש תת תתק

Numeri autem denarijs interiecti per additionem monadicorum explicantur, v.g.

&c. 13 12 11

יא יב יג

ה *tamen excipitur quod compositum cum* Iod *constituit vnũ ex Nominibus Dei* יה *ideo ne nimio vsu profanetur, nõ significat quindecim, sed loco eius aliæ literæ assumuntur* טו *id est,* nouem *&* sex. *Sicq; & cum Centenarijs Monadici sunt componendi, & cum millenarijs. Millenarius tamen frequentius suâ voce exprimitur, rarò literis.*

DE PVNCTIS.

Nekudoth

PVncta נקודות *Hebraicè dicta, (siue sint punctiones, siue lineolæ, quocũq; modo literis adscriptæ) quædam notãt accentũ; quædam scriptionis variationem; quædam potestatem aliquam literarum; quædam sonos vocales.*

Accen-

Accentus *notant varia puncta, de quibus dicetur in Proſodia.*

Scriptionis *variationem, notant circuli ſupra literas poſiti, quibus indicatur, vel aliquid deeſſe, vel ſupereſſe; idq́ in margine ſolet notari. Sic enim Rabbini, errores in Biblijs, qui propter affinitatem quarundam literarum irrepſerant, corrigere voluerunt, vt nihil in textu immutarent, ſed tantum ſigno eiuſmodi, quid legendum ſit vel non, oſtenderent.*

Poteſtatem *literarum notant* Dagheſch, Raphe, & Mappik. Dagheſch *eſt punctum, in ventre literæ poſitum, notans literam duriori ſono eſſe proferendam, ſic* בּ *Eſtq́ duplex. Aliud lene, quod tantum roborat literam, ſonum eius reddens duriorem: ſemperq́ in literis* בגדכפת *initio dictionis habet locũ, niſi præcedat litera quieſcens, quæ nec mouetur, nec habet accentũ diſtinctiuũ, nec per* Maccaph *ſequenti dictioni coniungitur; ſed in medio & fine tantùm poſt* Scheua *quieſcẽs. Aliud forte, quod non ſolũ ſonũ reddit durio-*

duriorem, sed etiam defectum alicuius literæ supplet, vel grauitatem coniugationis ostendit, vel ה *præcedens esse demonstratiuũ, &* ו *conuersiuum (nisi* Scheua *sequatur) indicat: habetq́ue locum in omnibus literis præter gutturales &* ר

Raphe est lineola literæ per transuersum incumbens, quæ notat literam remissiori sono esse proferendam, sic בֿ *Locum habet* Raphe *in his sex literis* בגדכפת *rarò tamẽ scribitur, sed semper, nisi* Daghesch *adsit, intelligitur. Vnde litera* ב *cum* Daghesch *profertur vt* B *cum* Raphe *profertur vt* V *consonans.*

Non absimili modo litera ש *cum puncto in sinistro cornu* שׂ *acutiùs profertur* Sin, *cum puncto in dextro cornu* שׁ *molliùs* Schin.

Mappik est punctum in medio literarum הּ *&* ה *positum, indicans istas literas ex quiescentibus fieri mobiles. Vnde* Mappik *dicitur quasi eductor.*

Sonos *vocales notant puncta illa, quæ cum literis ita syllabas constituunt, vt apud Græcos & Lati-*

& Latinos vocales cum conſonantibus.

Quorum alia ſunt longa, ſiue regia; alia breuia, ſiue tenuia; alia rapta; alia raptiſſima.

	A	E	I	O	V
Longa	Kamets.	Tſere.	Chirek gadol.	Cholem.	Schurek.
Breuia	Patach.	Segol.	Chirek katon.	Kamets chatuph.	Kibuts.

Ex quibus Patach, Segol, *&* Kibuts *quandoq́ longa fiunt.* Kamets Chatuph *quandoq́ per ſimplex* Kamets *exprimitur, in principio & medio ſi* Kamets *ponatur ſine accentu ante* Scheua, *aut ante* Dagheſch, *in fine ſi ſit ante* Makkaph, *vel poſt accentum. Differt* Kamets chatuph *à* Chateph Kamets. *Quia* Chateph Kamets *nunquam per* Kamets *ſimplex exprimitur; nec ponitur ante* Scheua *aut* Dagheſch; *nec inuenitur niſi ſub gutturalibus.*

Raptum *punctum eſt* Scheua *compoſitum.*

Raptiſſimum *eſt* Scheua *ſimplex.*

Simplex Scheua *eſt dum ipſum per ſe ponitur, ſic: Compoſitum dum cum vocali breui cōponitur; eſtq́ triplex:*

A E

A	E	O
Chateph patach.	Chateph Sægol.	Chateph Kamets.
ֲ	ֱ	ֳ

Scheua *tam simplex, quàm compositum, nunquam solum dictionem constituit; quia est proprium punctum literarum seruilium, nisi quid impediat.*

Simplex Scheua *frequenter quiescit: & tum ad præcedentē syllabam pertinet. In locis tamen certis mouetur. 1. in principio dictionis. 2. post aliud* Scheua *non in fine, quia tunc vtrumq́ quiescit, etiam cum* Daghesch; *nec statim à principio, quia in principio nunquam duplex* Scheua *ponitur, sed primū in* Chirek *vertitur, vel in magnū si prima litera sit* Iod, *vel in paruum si prima litera sit alia, quàm* Iod. 3. *sub litera geminata, vel* dagheschata. 4. *post vocalē longā accentu Grammatico destitutā; vel post breuē cum accentu Rhetorico Metheg.* 5. *ante* א *&* ה *exceptis paucis vocibus: & tum* Scheua, *dum mouetur ad sequentem spectat syllabam.*

Compositum autem Scheua *non habet locum.*

1. Ante Scheua *ſimplex. 2. Ante gutturalem literam. 3. Ante* Dagheſch. *4. In fine dictionis. Præterea accentum non admittit, nec ſe duo ſimul inſequuntur.*

Sub gutturalibus literis, loco Scheua *ſimplicis, ſemper ab initio ponitur compoſitum, in medio verò poteſt poni ſimplex, ſed tum temporis tantum, dum gutturalem præcedit accentus, vel* Iod *ſeruile; vel* Dagheſch *lene ſequitur.*

In diphtongos hic puncta vocalia non coaleſcunt, præter nonnulla, quæ cum literis Iod *& Vau ſequentibus ſine ſuis punctis, diphtongos conſtituunt, vt dictum de literis quieſcentibus. Hoc tamen notabile habent iſta puncta, quod frequenter permutentur, idq́ propter variandum genus, vel numerum, propter affixa, & regimen: non omnia quidem, ſed tantum quatuor, quæ ſunt mutabilia, videlicet* Kamets, Tſere, Sægol, *vel* Patach *loco* Sægol *poſitum, &* Cholem. *Mutatur quoq́* Scheua, *ſed tantum, ne duplex in principio ponatur, vel propter accentum;*

centum. Nam & accentus aliqui mutant puncta, vt suo loco dicetur.

DE SYLLABIS.

C*Ognitis literis, & punctis vocalibus, non est difficile syllabas, quibus constant dictiones, constituere, dummodo obseruetur, in pronunciatione, non prius audiri punctum, quàm literã,* v. g. בַ Ba *dicitur non* Ab. *præter tres literas gutturales,* הּ *cum* Mappik, ח *&* ע. *In his enim cum puncto* Patach *in fine dictionis prius* Patach *auditur, quàm litera,* v. g. רוּחַ Ruach *non* Rucha *dicitur. Et tale* Patach *vocatur suffuratum: quia assumitur ad harum literarũ faciliorem pronunciationem, ante quas rapidè, & quasi furtim est pronunciandum.*

Omnes *autem literæ, cum punctis vocalibus syllabas possunt constituere,* vt

V	O	I	E	A	V	O	I	E	A
אֻ	אֳ	אִ	אֶ	אַ	אוּ	אוֹ	אִי	אֵ	אָ
Bu	Bo	Bi	Be	Ba	Bu	Bo	Bi	Be	Ba
בֻ	בֳ	בִ	בֶ	בַ	בוּ	בוֹ	בִי	בֵ	בָ

Et sic de alijs.

ETYMOLOGIA.

Continens PARTES ORATIONIS, Quæ ſunt tres:

שֵׁם Nomen, *ſub quo Pronomen.*

פֹּעַל Verbum, *ſub quo Participium.*

מִלָּה Particula, *ſub qua Aduerbium, Coniunctio, Præpoſitio, & Interiectio.*

DE NOMINE.

Nomen *vt in alijs linguis, habet ſua certa accidentia: Qualitatem, Speciem, Comparationem, Genus, Numerum, Figuram, Caſum, Declinationem, Regimen, & Affixum.*

QVALITAS *eſt, ſecundùm quam Nomen aliud eſt ſubſtantiuum; idque vel Proprium, vt* אַבְרָהָם Abraham, *vel Appellatiuum, vt*

אָדָם Adam homo; *aliud Adiectiuum, vt* Tou טוֹב bonus, Toua טוֹבָה bona, Gadol גָּדוֹל magnus, Gedola גְּדוֹלָה magna.

SPECIES est Primitiua, & Deriuatiua.

Nomen *Primitiuum est vox Radicalis, quæ vt plurimum tribus constat literis, vt* אֹזֶן ozen auris.

Nomen *Deriuatiuum est vox quælibet alia, quæ vel additione literarum seruilium, vel detractione radicalium, vel vtroque modo simul, vel sola punctorum immutatione, à voce primitiua formatur, siue vox primitiua sit nomen siue verbum.*

Vox autem primitiua inuenitur, abiectis literis seruilibus, ita vt tres tantum literæ radicales remaneãt. Quòd si tres non remanserint, præponi debet Nun *vel* Iod*: aut interponi* Iod *vel* Vau*: aut postponi* He*: aut præponi* Nun, *& postponi* He*: aut secunda litera duplicari.*

COMPARATIO *hîc non fit per gradus, sed loco Comparatiui additur ad positiuum Aduerbium* Ioter יוֹתֵר plus, *vt* Iakar Ioter mimeni יָקָר יוֹתֵר מִמֶּנִּי pretiosus magis quàm ego, *id est*, pretiosior me; *vel litera* מ, *vt* Tou Mischemen טוֹב מִשֶּׁמֶן bonus præ oleo, *id est*, melior oleo. *Loco autem Superlatiui additur Positiuo* Meod מְאֹד valdè, *vt* Gea Meod גֵּאֶה מְאֹד superbus valdè, *id est*, superbissimus. *Vel litera* ב *vt* katon bagoim קָטֹן בַּגּוֹיִם paruus in gentibus, *id est*, minimus gentium. *Vel litera* ה *dum est Emphatica, præfixa aut ei Adiectiuo, quod suum Substantiuum consequitur, vt* Hatou הַטּוֹב ipsum bonum, *id est*, optimum; *aut Substantiuo Genitiui Casus in constructione, vt*

Haschem

Haſchem Anſche
אַנְשֵׁי הַשֵּׁם viri illius nominis, *id eſt*, maximi nominis. *Idem in fine efficit* ה *paragogicum, in illis Nominibus, in quibus*
Ieſchua
ה *fœmininum mutatur in* ת v. g. יְשׁוּעָה ſalus, *mutato* ה *in* ת *& addito alio* ה *para-*
Ieſchuata
gogico יְשׁוּעָתָה *ſignificat omnimodam ſalutem. Quandoq; Superlatiuus exprimitur, per Genitiuum nominis Subſtantiui, ſiue*
Adonim Adone
eiuſdẽ iterati, ſiue diuerſi, vt אֲדֹנֵי אֲדֹנִים Dominus dominorum, *id eſt*, ſummus
Talunot Erets
dominus. אֶרֶץ תַּלְאוּבוֹת terra inflammationum, *id eſt*, torridiſſima. *Vnde etiam loco Adiectiui ſæpè Subſtantiuum in*
Tſedek Eben
Genitiuo ponitur, vt אֶבֶן צֶדֶק lapis iuſtitiæ, *id eſt*, iuſtus.

GENVS *est aut Masculinum, vt* Melech מֶלֶךְ Rex, *aut Fœmininum, vt* Malca מַלְכָּה Regina, *aut Commune, vt* Kol כֹּל totus & tota.

Dubium *ad commune refertur, quod quandoq; reperitur cum Adiectiuo Masculino, quādoq; cum Fæminino, vt* Erets אֶרֶץ terra.

Epicænum *verò, quod vtrumq; sexum continet, refertur vel ad Masculinum, vt* Keleu כֶּלֶב canis, Nescher נֶשֶׁר aquila: *vel ad fæmininum, vt* Daia דַּיָּה miluus, Arneueth אַרְנֶבֶת lepus: *Vel ad Commune, vt* Chamor חֲמוֹר asinus & asina: *cui solet addi ad distinguendum sexum* Zachar זָכָר

mas

mas, *aut* נְקֵבָה (Nekeua) fæmina.

Neutro *genere carent Hebræi, conſequenter &* *illo, quod Latinis dicitur* omne. *Quãdoq; tamen Adiectiuũ Fæmininum ſumunt neutraliter, vt* טוֹבָה (Toua) bonum, *id eſt*, bonitas, אֲמָנָה (Amana) verum, *id eſt*, veritas.

Adiectiua Fæminina formantur à ſuis Maſculinis, addito in fine ה *præcedente* ָ *cum accentu in vltima, vt â* טוֹב (Tou) bonus, *formatur* טוֹבָה bona: *Mutato etiam in multis puncto initiali in* Scheua, *vt dum à* גָּדוֹל (Gadol) Magnus *formatur* גְּדוֹלָה (Gedola) Magna. *Alia formãtur addito in fine* ת *vt a* שֵׁנִי (Scheni) ſecundus, שֵׁנִית (Schenit,) ſecunda. *Vnde tale Nomen* תֹּאַר (Toar) *dici-*

dicitur, id est, formalis. Nec solis id accidit Adiectiuis sed etiam nonnullis Substantiuis, *vt* אִישׁ (Isch) vir, אִשָּׁה (Ischa) mulier, גְּבִיר (Geuir) herus, גְּבִירָה hera, *&c.*

Cognoscitur *genus ex significatione, ex terminatione, & ex constructione.*

Ex significatione Masculina *sunt Nomina virorum, vt* יוֹחָנָן (Iochanan) Ioannes, *officiorum virilium, vt* מֶלֶךְ (Melech) Rex, *populorum, vt* עִבְרִי Hebræus, *Mensium, vt* נִיסָן (Nisan) Martius, *Fluuiorum, vt* פְּרָת (Pherath) Euphrates, *Montium, vt* כַּרְמֶל (Karmel) Carmelus.

Fæminina *sunt Nomina Mulierum, vt* רָחֵל (Rachel)

offici-

Em
officiorum Muliebrium, vt אֵם Mater, *vr-*
Ieruſchalaim
bium, vt יְרוּשָׁלַיִם Ieruſalem, *Regionum,*
Peleſcheth Tſaphon
vt פְּלֶשֶׁת Paleſtina, *ventorum, vt* צָפוֹן a-
quilo. *Membrorum animalis præſertim ge-*
Iad Regel
minorum, vt יָד manus, רֶגֶל pes, *&c.*

Ex terminatione. Maſculina, & Communia ſunt terminata quocunque modo, prǽterquam in ה *præcedente* Kamets, *& in* ה *præcedente* Segol, *vel* Chirek, *vel* Schurek.

Fæminina *ſunt terminata in* ה *&* ת *præcedentibus dictis punctis vocalibus.*

Excipiuntur numeralia Nomina, quæ à tribus ad decem in Maſculino genere terminationem habent fæmininam, in Fæminino maſculinam.

Ex constructione Maſculina ſunt, quæ Adiectiuis, aut verbis iunguntur Maſculinis; Fæminina, quæ fæmininis.

NVME-

NVMERVS Nominum est Singularis, Pluralis, & Dualis.

Singularis *variè terminatur.*

Pluralis *Masculinorum in* ים, *vt* דְּבָרִים Deuarim verba: *fæmininorum in* ות *vt* צְדָקוֹת Tſedakod iustitiæ.

Reperiuntur tamen Masculina, quæ in plurali habent terminationem Fæmininorum, & è contra.

Dualis, *qui præcipuè in his reperitur nominibus, quæ res naturâ geminas significant, vt* יָדַיִם Iadaim manus, *per hoc tantùm differt à Plurali, quod in Duali non quiescat* Iod *penultimum, vt* אַלְפַּיִם Alpaim duo millia, *in plurali quiescat, vt* אֲלָפִים Alaphim multa millia.

Tamque Dualis, quàm Pluralis formatur à Singulari, per detractionem, additionem, & immutationem. *Sunt*

Sunt tamen pleraque Nomina, quæ in vno tantùm vſurpantur Numero. Singularia tantùm ſunt Nomina propria, vt (Moſche) מֹשֶׁה Moyſes : *tum ſpecialia, vel animaliũ, vt* (Adam) אדם homo, (Tſon) צאן ouis, (Bacar) בָּקָר bos: *vel metallorum, vt* (Zahau) זָהָב aurum: *vel liquorum, vt* (Schemen) שֶׁמֶן oleũ, *vel frumentorum, vt* (Lechem) לֶחֶם panis: *vel Planetarum, vt* (Schemeſch) שֶׁמֶשׁ Sol.

Pluralia *tantùm ſunt, vt plurimùm Nomina ætatum, vt* (Chaim) חַיִם vita, (Zekunim) זְקֻנִים ſenectus; *& Nomina dignitatum, vt* (Adonim) אֲדוֹנִים dominus.

Dualia *tantùm ſunt, vt* (Schamaim) שָׁמַיִם cæli, (Maim) מַיִם aquæ, *& nonnulla alia.*

FIGV-

FIGVRA *eſt Simplex, vt* בַּיִת domus: *& Compoſita, vt* (Bethel) בֵּית־אֵל domus Dei.

CASVS *hîc terminatione non variantur, præter Nominatiuum pluralem, qui à Nominatiuo ſingulari differt, vt* דָּבָר verbũ, (Deuarim) דְּבָרִים verba.

Solent quidem ad indicandos Caſus in vtroque numero præfigi quidam articuli, vt הַ *vel* שֶׁ *indicat Genitiuum,* לְ *Datiuum,* אֶת *Accuſatiuum,* הַ *Vocatiuum,* מִ *Ablatiuum.*

Sed quia hi articuli quandoque omittuntur, quandoque permiſcentur, præcipuè הַ *&* לְ *qui in omnibus reperiuntur Caſibus, ideo plerumque ex ſola ſermonis ſtructura Caſus dignoſcuntur.*

DECLINATIO *duplex eſt. Prima Maſculinorũ, quæ in Plurali numero terminatur in* ים

Secun-

Secunda Fæm ninorum, quæ in Plurali numero terminatur in וֹת *Exemplo vtraque declaratur cum præfixis articulis.*

PRIMA.

Singulariter	Pluraliter
N. דָּבָר	N. דְּבָרִים
G. הַדָּבָר	G. הַדְּבָרִים
D. לְדָבָר	D. לִדְבָרִים
Ac. אֶת דָּבָר	Ac. אֶת דְּבָרִים
V. הַדָּבָר	V. הַדְּבָרִים
Ab. מִדָּבָר	Ab. מִדְּבָרִים

SECVNDA.

Singulariter	Pluraliter
N. צְדָקָה	N. צְדָקוֹת
G. הַצְּדָקָה	G. הַצְּדָקוֹת
D. לִצְדָקָה	D. לִצְדָקוֹת
A. אֶת צְדָקָה	Ac אֶת צְדָקוֹת
V. הַצְּדָקָה	V. הַצְּדָקוֹת
Ab. מִצְּדָקָה	A. מִצְּדָקוֹת

Sunt tamen quædam Nomina in Numero singulari primæ Declinationis, in plurali secundæ, quædam ad vtramque Declinationem in plurali spectant.

REGIMEN *hîc consideratur, non vt Regimen est, (sic enim ad Syntaxim pertinet) sed vt dictio propter Regimen debet immutari. Nam aliter plerumque Nomen ponitur absolutè sumptum, aliter dum post se regit Genitiuum.* v. g.

In prima Declinatione.

Absolutè.	דָּבָר	verbum.	In Regimine.	דְּבַר נָבִיא verbi Prophetæ.
	דְּבָרִים	verba.		דִּבְרֵי נְבִיאִים verba Prophetarum.

In secunda Declinatione.

Absolutè,	צְדָקָה	Iustitia.	In Regimine	צִדְקַת צַדִּיק Iustitia iusti.
	צְדָקוֹת	Iustitiæ.		צִדְקוֹת צַדִּיקִים Iustitiæ iustorum.

Quædam tamen Nomina singularia non variantur in regimine, vt sunt ea, quæ desinunt, in ה *: similiter & pluralia, vt sunt, quæ desinunt*

ſinũt in ות. *Propria omnia carent Regimine, vt carent Numero plurali,* ה *demonſtratiuo, & affixis Pronominibus.*

AFFIXVM *dicitur Pronomen, quod in fine adiungitur; notatq; perſonam, genus, & numerũ. Quod fit non ſolùm in Nominibus, ſed etiã in verbis, & nõnullis particulis. Vocantur eiuſmodi Pronomina inſeparabilia, quæ in Paradigmate vtriuſque Declinationis facilè poſſunt deprehendi.*

Paradigma primæ Declinationis cum affixis.

דָּבָר Verbum.

nostrum	veſtrum	illorum	meum	tuum	eius	
	דְּבַרְכֶם	דְּבָרָם		דְּבָרְךָ	דְּבָרוֹ	M.
דְּבָרֵנוּ			דְּבָרִי			C.
	דְּבַרְכֶן	דְּבָרָן		דְּבָרֵךְ	דְּבָרָהּ	F.

דְּבָרִים Verba.

noſtra	veſtra	illorum	mea	tua	eius	
	דִּבְרֵיכֶם	דִּבְרֵיהֶם		דְּבָרֶיךָ	דְּבָרָיו	M.
דְּבָרֵינוּ			דְּבָרַי			C.
	דִּבְרֵיכֶן	דִּבְרֵיהֶן		דְּבָרַיִךְ	דְּבָרֶיהָ	F.

Paradigma ſecundæ Declinationis cum affixis.

צִדְקָה Iuſtitia.

noſtra	veſtra	illorum	mea	tua	eius	
	צִדְקַתְכֶם	צִדְקָתָם		צִדְקָתְךָ	צִדְקָתוֹ	M.
צִדְקָתֵנוּ			צִדְקָתִי			C.
	צִדְקַתְכֶן	צִדְקָתָן		צִדְקָתֵךְ	צִדְקָתָהּ	F.

צִדְקוֹת Iuſtitiæ.

noſtræ	veſtræ	illorum	meæ	tuæ	eius	
	תֵיכֶם	צִדְקוֹתֵיהֶם		צִדְקוֹתֶיךָ	צִדְקוֹתָיו	M.
צִדְקוֹתֵינוּ			צִדְקוֹתַי			C.
	תֵיכֶן	צִדְקוֹתֵיהֶן		צִדְקוֹתַיִךְ	צִדְקוֹתֶיהָ	F.

Sicque alia Nomina, quàm plurima, ſiue perfecta, ſiue imperfecta, affixa recipiunt, cum additione, vel detractione literarum, vel cum mutatione tam literarum, quàm punctorum, ſi puncta ſint illa, quæ diximus eſſe mutabilia. Notandum *tamen affixum ter-*

tiæ personæ, numeri singularis, quandoque

Au

esse Vau *sine* Cholem, *vt à Nomine* אָב Pater, *fit*

Auiu Auihu

אָבִיו *vel* אֲבִיהוּ Pater eius. *Sic*

Mikne Miknehu

à מִקְנֶה possessio, *fit* מִקְנֵהוּ possessio eius; *quod affixum in verbis est frequentius, vt prius, id est cum* Cholem *in nominibus, nisi terminentur in* ה *præcedente* Segol.

Pronomina *inseparabilia, siue affixa deriuantur à suis Primitiuis trium personarum.*

A Primitiuo tertiæ personæ.

M.	ille הוּא	ו. וֹ. נוֹ. נוּ:	illi הֵם	ם. ָם. מוֹ. הֶם:
F.	illa הִיא	הּ. הָ. נָה:	illæ הֵן	ן. הֶן

A Primitiuo secundæ personæ.

M.	Tu אַתָּה	כָה. ךָ	vos אַתֶּם	כֶם

F. אַתְּ (Tu) { ךְ : } אַתֶּן (vos) { כֶן : }

A Primitiuo primæ perſonæ.

C. אֲנִי vel אָנֹכִי (Ego) { י, י, נִי : } אֲנוּ vel אֲנַחְנוּ (Nos) { נוּ, נוּ : }

Primitiuorum Pronominum obliqui caſus, in vtroque numero formari poſſunt, ex illis articulis, per quos caſus notantur, additâ vltimâ literâ cuiuſque Pronominis, vt

Tertiæ perſonæ Numeri ſingularis.

	N.	G.	D.	Ac.	Ab.
M.	הוּא	שֶׁלּוֹ	לוֹ	אוֹתוֹ	מִמֶּנּוּ :
F.	הִיא	שֶׁלָּהּ	לָהּ	אוֹתָהּ	מִמֶּנָּה

Numeri pluralis.

	N.	G.	D.	Ac.	Ab.
M.	הֵם	שֶׁלָּהֶם	לָהֶם	אוֹתָם	מֵהֶם :
F.	הֵן	שֶׁלָּהֶן	לָהֶן	אוֹתָן	מֵהֶן :

Se-

Secundæ perſonæ Numeri ſingularis.

Ab.	Ac.	D.	G.	N.	
. וּמִמְּךָ	אוֹתְךָ	לְךָ	שֶׁלְּךָ	אַתָּה	M.
: מִמֵּךְ	אוֹתָךְ	לָךְ	שֶׁלָּךְ	אַתְּ	F.

Numeri pluralis.

Ab.	Ac.	D.	G.	N.	
: מִמְּכֶם	אֶתְכֶם	לָכֶם	שֶׁלָּכֶם	אַתֶּם	M.
: מִכֶּן	אֶתְכֶן	לָכֶן	שֶׁלָּכֶן	אַתֶּן	F.

Primæ perſonæ Numeri ſingularis.

Ab.	Ac.	D.	G.	N.	
: מִמֶּנִּי	אוֹתִי	לִי	שֶׁלִּי	אֲנִי	C.

Numeri pluralis.

Ab.	Ac.	D.	G.	N.	
: מִמֶּנּוּ	אוֹתָנוּ	לָנוּ	שֶׁלָּנוּ	אֲנַחְנוּ	C.

Præter *dicta Pronomina ſunt alia tum inſeparabilia, tum ſeparabilia.*

Inſeparabilia duo, הַ *Demonſtratiuum, quod*

præponitur nominibus Substantiuis, & Interrogatiuum, seu Relatiuum, quod præponitur verbis; & שֶׁ *Interrogatiuum, seu Relatiuum: quæ iam non affixa dicuntur, sed præfixa. Possuntque admittere alia puncta. Nam* שׁ *reperitur cum* Kamets, patach, *& cum* Scheua, *quamuis rariùs, quàm cùm* Segol, ה *autem frequentiùs* patach *habet sequente* daghesch, *sed si sequens litera respuat* daghesch, *admittit* Segol, *vel* kamets, *vel* patach *retinet. Sic* הַ *quod significat vocandi articulum. Nam quod significat Aduerbium admirandi, vel interrogandi habet* chateph patach, *nisi sequatur scheuata litera, aut gutturalis, tũ enim solum* patach *frequentiùs habet, vel* segol, *præcipuè ante* Kamets.

Separabilia verò sunt triplicia. Videlicet, Demonstratiua, Interrogatiua, & Relatiua

Demonstratiua, vt זֶה hic, iste, זו vel, זה *vel* זאת hæc, ista, זוּ hic, & hæc, אֵלֶּה *vel per Apocopen* אֵל isti, & istæ. *Quæ etiã per*

casus

casus variari possunt beneficio articulorum, *vt* לָזֶה huic, אֶתזֶה hunc, מִזֶּה ab hoc,*&c.*

Interrogatiua, vt מֶה מַה מָה מִי quis, quæ: *Ex quibus* מִי *tantùm de viuente rationali quærit, reliqua de quacunque re. Si verò post* מִי *vel* מַה *sequatur Relatiuum, tunc non significant* quis, *vel* quæ, *sed* is, *vel* ea.

Relatiuum est אֲשֶׁר qui, quæ: *Et hoc in omni persona, numero, ac genere, manet inuariabile. Transit autẽ in significationẽ possessiui, si ei postponatur Datiuus Pronominis primitiui sine substantiuo, vt* אֲשֶׁר לִי quod mihi, *id est,* meus, mea, meum: *quemadmodùm Demonstratiua* זֶה *&* זוּ *quandoque habent significationem Relatiui.*

DE VERBO.

IN *verbo similiter vt in nomine, more aliarum linguarum, sunt certa consideranda acciden-*

tia, videlicet, C niugatio, Forma, Tempus, Modus, Genus, Persona, Numerus, & Affixum.

CONIVGATIONES *ab alijs numerantur octo; quibus Nomina imposita sunt à ve bo* פָּעַל *operari, ita vt* Prima *Coniugatio appelletur simplici verbo* פָּעַל *vel loco eius* קַל *reliquæ eodem verbo, sed addito aliquo signo characteristico, vt* 2da *Co iugatio dicitur* נִפְעַל *cuius signum characteristicum est* נ *in principio, vel loco eius* daghesch *in prima radicali. Sub* נ chirek *ponitur, sed si prima radicis sit gutturalis* segol, *vel* patach Tertia פִּעֵל *cuius signum characteristicum est* daghesch *in media radicali, præcedente* chirek *sub prima radicali; vel si media respuat* daghesch, *vt sunt gutturales, &* ר *loco* chirek, Tsere *ponitur, aut* patach. Quarta פֻּעַל *cuius character est similiter* daghesch

forte

forte in media, ſed præcedente Kibbuts, *aut ſi media reſpuat* dagheſch, kamets chatuph. Quinta פּוֹעֵל *cuius character eſt* Vau *quieſcens, poſt primam radicis. Ad hanc ſpectant verba Communia, quæ modò Actiuam, modò Paſſiuam habent ſignificationem, vt* הוֹלֵל *formauit, & formatus eſt.* Sexta הִפְעִיל *cuius character eſt* Iod *ante vltimam radicis, &* ה *in principio cum* chirek, *vel ſi prima radicis ſit gutturalis, locò* chirek, ſegol, *aut* patach. Septima הָפְעַל *cuius character eſt* ה *in principio cum* kamets chatuph, *vel* kibbuts; *vel ſi prima radicis ſit gutturalis, cum ſimplici* kamets, Octaua הִתְפַּעֵל *cuius character eſt ſyllaba* הִת *formaturq́ ab Imperatiuo* פַּעֵל

Ab alijs autem hæ omnes Coniugationes ad quaternarium reuocantur Numerum.

Prima *eſt* קַל, *cuius eſt Paſſiua* נִפְעַל *continens*

& Deponentia, vt נִשְׁבַּע iurauit: *& Reciproca, vt* נִשְׁמַר custodiuit se: *& Frequentatiua, vt* נִדְבַּר dictitauit: *& Impersonalia, vt* נֶאֱמַר dicitur.

Secunda *est* פִּעֵל *quæ fortificat significationem primæ Coniugationis.* v. g. *in prima Coniugatione dicitur* פָּקַד visitauit, *hîc* פִּקֵּד accuratè visitauit. *Passiua eius est* פֻּעַל.

פּוֹעֵל *quoq; ad secundam pertinet. Quamuis enim perfecta quædam sic inflectantur, maximè tamen quiescentia* Ain, *id est*, in medio, *quæ plerumque non habent* פִּעֵל.

Tertia *est* הִפְעִיל *in qua etsi tam Neutra, quàm Actiua reperiantur, quemadmodùm in* קַל *maximè tamen ea, quæ hic fiunt transitiua, cum in* קַל *essent absoluta; vel quæ hic duas*

acti-

actiones significant, cum in קַל *significarent vnam. Huius Passiua est* הֻפְעַל.

Quarta *est* הִתְפַּעֵל *cui nulla iam respondet Passiua, cum ea verba contineat, quæ significant actionem in seipsum, vt* הִתְיַצֵּב ſtatuit ſeipſum, *siue* fecit ſeipſum ſtare.

Porrò *quæcunque verba non sunt in vsu in* קַל *cuiuscunque alterius Coniugationis fuerint, eam d bent habere significationem, quam haberent in* קַל *vt* הִתְחַנֵּן *deprecatus est in* הִתְפַּעֵל

FORMA *alia est perfectorum verborum, quæ tres tantùm habent literas radicales, nec vllam inter coniugandum amittunt: alia imperfectorum, quæ vel plures literas radicales habent, quàm tres; vel inter coniugandum vnam radicalem, aut plures amittunt; vel saltem non proferunt, sed quiescentem retinent.*

Perfe-

Perfecta verba nullam patiuntur subdiuisionem; sed imperfecta alia sunt Simplicia, alia Composita, alia Abundantia. Simplicia rursùs vel sunt Defectiua, vel Quiescentia.

Defectiua *alia literam radicalem amittunt in principio, alia in medio, alia in fine*

In principio ea, quæ primã habent נ *vt* נָגַשׁ appropinquauit, *vel* Iod *ante* צ *vt* יָצַב stetit.

Quod fit in Futuro, Imperatiuo, & Infinitiuo verbi קַל; *in Præterito & Benoni verbi* נִפְעַל *& vbique in verbo* הִפְעִיל *&* הָפְעַל

Compensatur autem hic defectus, tum per daghesch *forte in secunda radicali, vt* אֶגַּשׁ *tum per* ת *in fine præcedente* segol, *vel* patach *sub gutturalibus, vt* גֶּשֶׁת; *tum per solam commutationem punctorum vocalium sub prima seruili, ita vt breue punctum conuertatur in longum.*

In medio amittũt literã radicalẽ geminãtia, seu dupli-

duplicantia secundā radicis, vt à סָבַב circuiuit, *fit* סַב *posito* patach *sub prima, quod priùs erat sub media. Sic enim resarcitur defectus mediæ literæ, si eius punctum ponatur sub prima litera, reiecto puncto primæ: resarcitur quoque & per* daghesch *in vltima radicali, si vox à fine crescit, vt* סַבּוֹ *pro* סַבְבוֹ; *& per* א *vel* נ *vt* בָּזְאוּ *pro* בָּזְזוּ diripuerunt, תַּמְנוּ *pro* תַּמְמוּ consumârunt. *Contingit hic defectus in verbis* kal *&* Niphal *per totum, excepto* puhal, *similiter in verbis* Hiphil *&* Hophal *per totum.*

In fine amittunt literam radicalem verba desinentia in ן *vel* ת. *Quod fit in his tantùm locis, in quibus* ן *vel* ת *seruile sequitur, ita vt* ן *radicale deficiat propter* ן *seruile, &* ת *radicale deficiat propter* ת *seruile. Qui defectus resarcitur per* daghesch *seruili* ן *vel* ת *impressum, vt in* טָמַנּוּ *à* טָמַן abscondit, *in* כָּרַתָּ *à* כָּרַת succidit.

No-

Notandum *principium verbi exprimi per literam* פ, *medium per* ע, *finem per* ל, *ex verbo* פָּעַל v. g. *dum dicitur* Pe Iod *deficiens, idem valet, acsi dicatur in principio* Iod *deficiens, & sic de alijs.*

Quiescentia *verba similiter, alia in principio, alia in medio, alia in fine, literam radicalem habent quiescentem, id est, quæ scribitur, sed non legitur, quandoque nec scribitur.*

In principio א *&* י, *vt in* אָכַל comedit, יָשַׁב sedit. *Vtrumque in Futuro* kal, Iod *verò ipsum, etiam in Præterito, & Benoni* Niphal; *& in* Hiphil *ac* Hophal *per totum. Sæpèq́;* Iod *conuertitur in* ו.

In medio ו *&* י, *vt in* קוּם surrexit, בִּין intellexit, *idque per totum.*

In fine א *&* ה *vt in* מָצָא inuenit, גָּלָה reuelauit.

Si verò in verbis Quiescentibus litera quiescens penitus abijciatur, tum defectus literæ abie-

abiectæ compensatur per punctum longum; quemadmodùm in defectiuis per daghesch. *Et hæc est differentia inter verba defectiua, & quiescentia.*

Composita *verba imperfecta sunt, quæ habent vel duas literas deficientes, vt* נָתַן dedit, *cuius & in principio, & in fine* Nun *inter coniugandū deficit; vel duas quiescentes, vt* בּוֹא venit, *cuius* ו *in medio, &* א *in fine quiescit; vel vnam quiescentem, alteram deficientem, vt* נָטָה extendit, *cuius* נ *in principio deficit,* ה *in fine quiescit. Et hæc Composita sequuntur naturam suorum simplicium in coniugando, tam quiescentiū, quàm defectiuorum.*

Abundantia *sunt quæ ad literas radicales, tam verborum imperfectorum, quàm perfectorū, assumunt vel vnam literam, vel plures, ita vt sint aut quatuor literarum, (quæ communiter quadrata appellantur) vt* כִּרְכֵּל sustentauit, *à verbo imperfecto* כּוּל*; aut quinque,*

Etymologia

que, vt סְחַרְחַר circuiuit, *à verbo perfecto* סָחַר

TEMPORA *duo ſunt,* עָבַר præteritum, *&* עָתִיד futurum. *Quorum vnum pro alio ſæpè accipitur, id eſt, vel præteritum pro futuro, ſi* vau *cum* ſcheua *præfixum, reijciat accentum in vltimam; quem tamen poteſt retinere in penultima verborum quieſcentium* Lamed ה*: vel futurum pro præterito, ſi* vau *cum* patach *præfigatur, ſequente* dagheſch, *ſiue* Iod *cum* ſcheua *ſequente: ante* א *tamen, & literas* בומף *poteſt tale* vau *habere* kamets, *&* ſchurek *ante literas* בומף *dum illis non adiungitur accentus Grammaticus. Hinc tale* vau *ſolet appellari* cõuerſiuũ. *Dum verò* vau *ſolã coniunctionẽ ſignificat, regulariter habet* ſcheua, *ſed & alia puncta recipit, videlicet* kamets, *dum vocem* milhel *aut monoſyllabam cum altera voce coniungit; aut dum ponitur ante* kamets chatuph,

aut

